



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 65. Constitutiones Clementis VIII. Papæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

Sæc. XVII. illum Constantinopoli tumultuarentur  
A. C. 1603. sicut autem impia Tyrannorum ignavia  
 ad omnes suspicionum auras trepidantem  
 metumque in rabiem vertere solet, in  
 & Mahometes primo filium suum stragula  
 gulari, postea uxorem suam in mare  
 mergi jussit, eoquod hæc incautus  
 illo sciscitata esset, num ejus Filius  
 imperio successurus foret. Tandem  
 ipse non multo post die vigesima prima  
 Decembris hoc anno pestilentiae morbo,  
 nondum exacto trigesimo sexagesimo  
 ætatis anno sublatus est, relicto postea  
 unico Filio, secundo genito, qui  
 men ob ætatis vitium tanto imperio  
 immaturus erat.

## §. LXV.

*Constitutiones Clementis VIII.  
 Papæ.*

*Bullar. t. 3.* Jam anno Christi millesimo quingentesimo  
*Const. 97.* quinquagesimo quinto die mensis  
*Et seqq.* optima Augusti Paulus IV. summus Pontifex  
 diploma ediderat contra eos, qui SS. Trinitatem aut Christi Divinitatem  
 vel ipsius Conceptionem de Spiritu Sancto aut ejus mortem, vel B. Virginis  
 Mariæ Virginitatem negabant, hoc anno die tertia Februarii Clemens  
 VIII. eandem hanc Constitutionum innovabat, ne ejusmodi impii homines  
 Leg

Legis ac poenarum ignorantiam obtendere possent. Cum autem in Indiis etiam Occidentalibus ac præcipue Peruanis civitatibus jam tum tanta fidelium pietas erga Sanctissimum Nomen Jesu floreret, ut non paucae ejusmodi Sodalitates ibidem fuissent institutæ, summus Pontifex ad augendam hanc devotionem de Ordinarii licentia alias plures ibi instituendi facultatem cum amplis perpetuisque indulgentiis concessit, edito desuper diplomate die trigesima Junii: sequentis autem Mensis die vigesima tertia Regularium præsertim Mendicantium conventus multiplicandi pruritus temperabat, inhibens, ne Ordinarii ejusmodi Licentiam impertiantur, nisi vocatis auditisque aliorum Conventuum Superioribus constet, quod Conventus novi ibidem erigendi sine aliorum detrimento commode sustentari valeant. Die vigesima Augusti idem Pontifex declarabat, quod Carmelitæ Discalceati sint de quatuor Ordinibus FF. Mendicantium, eorumque gratiis omnibus perfruantur, ac nunquam, ut ad generales & publicas accederent supplicationes, compelli queant. Porro alia Constitutione die nono Septem. edita unionem militiæ S. Lazari cum Ordine Equestri S. Mauricii jam a Gregorio XIII. factam confirmat: Postremo

Sæc. XVII.  
A. C. 1603.

Sæc. XVII. controversiam inter FF. Prædicatores  
A. C. 1603. & Eremitas S. Augustini imposito libe-  
 tio dirimit, præcipiens, ut isti cum  
 cappa nigra, hi vero cum tunica etiam  
 nigra ubique incedant.

## §. LXVI.

*Decisiones S. Congregationum aucto-  
 ritate Pontificis emanata pro  
 Regularibus.*

*Gavant. in  
 Manual.  
 Congreg.  
 Episc. &  
 Regul.*

Ejusdem Pontificis mandato atque aucto-  
 ritate hoc item anno plura de  
 disciplinæ Ecclesiasticæ dubia fuere de-  
 cisa, ac primo quidem in Congregatio-  
 ne Episcoporum die septima Januarii  
 definitum, quod in Sepultura Monialium  
 nullum jus competat Parocho, sed  
 duntaxat earum Confessario: die autem  
 vigesima sexta ejusdem Mensis de-  
 claratum, quod Monialium Procurator  
 vel Syndicus non debeat habere licen-  
 tiam ingrediendi clausuram, neque cum  
 Confessario ad administranda Sacramen-  
 ta ingrediente. Statutum præterea  
 die decima nona Maji, quod Novitice  
 statim generalem Confessionem depo-  
 nant, solique Magistro eorum confes-  
 siones excipiendi cura committatur, ita  
 tamen, ut Superior vel per se vel per  
 alium bis in anno hoc ministerium exer-  
 cete